



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Stella Benedictina Sive Regula Sanctissimi Patris Nostri  
Benedicti**

**Meyenschein, Benedikt**

**Hildesii, 1725**

**VD18 10311831**

XVI. Qualiter Divina opera per diem agantur. Septenis horis laudum tibi  
Cantica nôris Persolvenda piè quolibet esse die.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65028](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-65028)

*Laudate. Hæc vox Alleluja non trans-  
fertur in aliam linguam, tum propter san-  
ctiorem authoritatem, ex S. Aug. & Isido-  
ro; tum quia interjectio est jubilantis &  
exultantis de Dei laude, verbis aliis non  
satìs explicabilis.*

- b) *Id est, in Psalmodiâ, vel ante Psalmos.*
- c) *Seu initium. Hoc aliqui servantes ad li-  
teram, retinent Alleluja usque ad Domi-  
nicam primam Quadragesimæ, sicut olim  
factum. Alii cum Turrecrem. per caput  
Quadragesimæ intelligunt Septuagesimam,  
eò quòd ibi more antiquorum sit initium  
jejunii. Cærerùm absque ullo scrupulo fa-  
teri possumus, quòd post introductum uni-  
versim in Ecclesiâ morem deponendi Al-  
leluja in Septuagesimâ, nos eidem modo  
accommodemus, cùm S. P. ipse c. 18. sub  
finem hoc ipsum in simili commoneat.*
- d) *Tertiî scilicet Nocturni.*
- e) *Id est, Laudes, ut sape dictum.*

19. FEBR. 20. JUN. 20. OCTOBR.

## CAPUT XVI.

*Qualiter Divinæ opera a per diem  
agantur.*

U

**U**t ait Propheta *b*: Septies in die laudem dixi tibi. Qui septenarius sacratus c numerus à nobis sic implebitur, si Matutino *d*, Primæ, Tertiæ, Sextæ, Nonæ, Vesperæ, Completoriique tempore nostræ servitutis officia persolvamus, quia de his Horis diurnis dicit Propheta: Septies in die laudem dixi tibi. Nam de nocturnis Vigiliis *e* idem ipse Propheta ait *f*: Mediâ nocte *g* surgebam ad confitendum tibi. Ergo his temporibus referamvis Laudes Creatori nostro *h* super i judicia justitiae suæ *i*: id est, Matutinis, Primâ, Tertiâ, Sextâ, Nonâ, Vesperâ, Completorio; & nocte surgamus ad confitendum ei.

- a) Sive Horæ Canonicae.
- b) Psalm. 118. Et subintellige ex titulo: ita agantur.
- c) Dicitur sacratus, tum propter varia mysteria septenario numero comprehensa, ut sunt 7. Sacra menta, 7. Verba Christi in Cruce, 7. dona Spiritus S. Gc. Tum vero magis speciatim in praesenti, quod omnes 7. Horæ sint sacratæ laudibus Divinis.
- d) Sub-

- a) Subintellige, tempore, quod modò Lant  
des vocant.
- c) Quæ jam Matutinum appellari consu  
erunt.
- f) Eodem Psalm. 118.
- g) Non contradicit hic locus dictis suprà c. 8.  
de surgendo horâ quâ noctis, ac modic  
amplius post mediam noctem: Nam 1. ve  
risimile est, Prophetam more Hebraeorum  
computâsse tempus noctis à solis occasu per  
horas inæquales, ut suprà. 2. Modicum  
pro nihilo reputatur. 3. Accipi potest me  
dias noctis in dicto Prophetæ per inter  
positionem inter partes extremas noctis,  
licet non sit æqualis earum distantia; ma  
xime cum S. P. statim subdat: Et nocte  
surgamus, abstrahendo à mediâ:
- h) Ità planè Cassianus de Instit. Monast. l. 3.  
c. 3. exponit numerum septenarium Hora  
rum, ut Deo agantur gratiae pro rebus  
creatis in septem diebus.
- i) Id est, de vel propter.
- j) Quâ scilicet nos justificare intendit.

20. FEB.